



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDXXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

apud D<sup>E</sup>V<sup>M</sup>, per D<sup>E</sup>I Matrem præsidium parare, contra lethale peccatum: imò & contra veniale, cuius pœna purgatorium est. Hoc nempe sic orantes agimus quod olim D<sup>E</sup>O dicebat David: *Vespere, & manè, & meridie narrabo & annuntiabo.* Annuntianus tunc Virgini salutationem, quam ab Angelo in Annunciatione accepit.

Psal. 58. 12.

A N N O M D X X X V I I.

32 Exeunte hoc anno S. P. Ignatius in eo quod cum Petro Fabro, & Iacobo Laynez Romanum habebat itinere diuinitus multa didicit. Particulatim id agebat apud D<sup>E</sup>I Matrem flagrantissimis precibus, ut cùm ipse in familia IESV esse vellet, illa apud Filium sibi conditionem inueniret, adeoque per Matrem eius totus fieret Filij, quicquid posset, quicquid esset: id quod apud illam, & per illam apud Patrem ac Filium, ut efficacitate maiore ageret, sanctissimo CHRISTI corpore quotidie reficiebatur. Non vanas fuisse preces Matris apud æternum Patrem expertus est, quando in vicino Vrbi templo in preces effusus æternum Patrem vidi, qui Ignatium & Socios CHRISTO crucis baiulo, & istuc spectabili commendabat, CHRISTO benignè Ignatium intuito, & blandè dicente: *Ego vobis Roma propitius ero:* & tunc Ignatio IESV nomen altius adhuc atque profundiū impresum hæsit in corde: ita ut IESV, non suam, hanc esse ac dici Societatem voluerit. Sic nos vel hoc nomine reddidit magnæ Matri amabiles, quam S. Ignatius Ep. vocat MARIAM IESV.

A N N O M D X X X V I I.

Peter ad  
Iesu fa-  
miliæ per  
Mariam  
admitti.

33 Auspicatò id vniuersæ Societati hoc anno euenisse dici potest, quod Romanum appulso Ignatio & socijs, ad proseminandam diuini verbi sententem, cùm alijs alia Vrbica templa, tum Ignat-

Vide Mar-  
racci Anti-  
Rites pag.  
292.

C 2 tio